



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri  
tres**

**Baptista <Mantuanus>**

**Dauentrie, 1515**

De multiplici genere mortis corporalis, et non esse tempus merendi post  
mortem ca.xxi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30534**



## Liber Tertius

At suprema omnino natura est deus. Cui obedire toti inferiori naturae est naturale. Simpliciter ergo homini naturale est mori, et naturale resurgere, quoniam sic ab opifice omni natura statutus est

**Opiniones variae de morte**

**Caput. xx.**

**M**ortis meditationem summam esse philosophiaz dixit Plato. Nihil est enim quod magis aut eque appetit luxuriaz premit, et ad rationis regulam mores componat, quam semper ingruentis mortis meditatio. Apud Sertas, et Thracas, quidam feri sunt, et ad mortem paratissimi, quod redituras putant animas obeuntium. Quidam et si non redituras, non extingui tamen autumant, sed ad loca beatiora transire, alij mori quidem, sed id melius esse quam vivere. Foemine super virorum cadavera interfici, simulque sepeliri votum eximium habent, apud quosdam eorum puerperia lugebantur. Et has apud illam gentem opiniones disseminasse putandus est Orpheus, qui fuit indigena magni vir ingenij, et poeta suauiloquentiae singularis, qua barbarorum animos demulcente, sylvas et saxa, hoc est sylvestres et saxeos homines ad ritum quoscumque libebat traducendi liberam praeterea habebat, dies natalicium tristes agebantur, funera vero quasi sacra cum lusu et cantu iucundissime et cum summa hilaritate celebrabant, et recte quidem. Nam cum nascimur peregre proficiscimur, incerti quod iter, quod hospitium, quem vitam terminum sumus habituri, et cum morimur finita peregrinatione, in antiquae matris gremium reuocamur, peregrinationem hanc peccatores produci, sancti vero breviter semper rogant, hinc David inquit, Deum mihi quod incolatus meus prolongat est

**De multiplici genere mortis corporalis. et non esse tempus metendi post mortem. Caput. xxi.**

**S**ed multipliciter et non vno modo mors dicitur, nam est mors hominis, qua homo dissoluitur, et voluit quidam theologus hominem, et omne totum quoddam tertium esse propter partes, quod earum et coitu resultat, et abitu dispareat, et id esse aiunt, quod morte totius dissipetur. Est et alia quidam mors corporis, qua ulteriori resolutione reuertitur in ea, ex quibus constabat elementa. Prima si in Dei timore, si in pietate



## Liber Tertius

re et religione hominem repperit, bona est de qua dicit. Preciosa in  
conspectu domini, mors sanctorum eius, si peccatores impenitentem  
repperiat, mala est. Ideo, quod ut prima est foelicitas, sic ista est miseriam  
piternae principium. Quoad mortales hanc vitam vivimus ex virtute  
in vitium, ex vitio in virtute arbitrio nostro transire permittit, at postea  
quod de corporis huius tabernaculo eieci debitu nature persolvimus,  
nec a vitio in virtute, nec a virtute in vitium est transitus. Tunc enim  
et viatores esse desinimus, et promerendi ac commerendi status amito  
timus. Vocabatur ab antiquis viatores nuncij ac ministri magistras  
tuum, qui homines ex agris accersebant. Nostri autem viae appellatio  
nem ab vitam hanc transferunt, ait enim Gregorius, In presenti vita quasi  
in via sumus, qua ad patriam pergimus, maligni autem spiritus iter nos  
trum quasi quidam latrunculi obsident. Cum hac ergo vita quae morte ter  
minatur finiuntur, non peccata, sed merita, quicquid enim et in paradiso  
recte agitur a sanctis, et in inferno peccata a damnatis, ideo meriti  
rationem amittit, quod extra viam fiat, et enim vita est ager, vita est theatrum  
vita est olympia, ubi spectantibus arbitris propositis coronis decertat.  
Ubi sunt coronae finitis certaminibus distributae, qui amplius certat  
non ut coronetur, sed ex virtutis liberalitate decertat, non negaverit  
tamen et tali certamini, si certamen id dicitur ubi non laborat, posse etiam  
multa dari corollaria, a Deo maxime. Qui potest poenas damnatorum  
et etiam angelorum beatorum. Quales morimur, sine boni siue mali, tales  
euri semper egredimur, hoc excepto quod sicut boni melius sic mali sunt se  
peius habituri. Qui mutari vult, in vitam mutetur, nam post mortem tan  
ta est alterius vitae severitas, ut in ea sicut singuli incipiunt, ita perse  
verant, illic ubi nox est, nunquam illucescet. Ubi dies est nunquam lucis nis  
grefcit occasus. Hinc Jacobus de patre luminum mentionem faciens apud  
quos dixit non est transmutatio neque vicissitudinis obumbratio

De multiplici genere mortis spiritualis cum excusatione Platoni

**S**unt genera duo mortis spiritualis, vultus **Ca. xxij.**  
nuz quo spiritus et Dei timor in nobis expirat, alterum quod vis

**Q i**